

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8513

Auteur(s) : Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Geoffroy, Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbé)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1169

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

L'archevêque Rotrou de Rouen déclare l'arrangement fait entre l'abbaye de Mortemer et des églises voisines, du Mesnil dont le droit sur les dîmes l'abbé de La Trinité du Mont avait donné à Mortemer, de Grainville, de Gaillardbois, de Rosay, du Saussay, de Coudray, de Verclives et d'Aveny, sur les dîme et les privilèges octroyés à l'abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Gallagher Philip Francis, *The Monastery of Mortemer en Lyons in the Twelfth Century*, its History and its Cartulary, Thèse, University of Notre-Dame, Indiana, 1970, 375 p. (dactyl.), « The Cartulary of Mortemer – B. N. MS. Latin 18369 », Act 10, p. 204-206.

Texte d'après a

Carta domni Rotrodi archiepiscopi de decimis sacerdotum que renovata fuit tempore domni G[aufridi] abbatis propter multiplicationem terrarum.

[R]otrodus, Dei gratia, Rothomagensis archiepiscopus karissimo filio suo G[aufrido] abbati de Mortuomari et conventui et eorum successoribus in perpetuum. Quoniam ea que metropolitani auctoritate in provincia sua confirmantur firme et stabiliter debent observari, compositionem a predecessore nostro et a nobis factam inter vos et ecclesias de quarum decimis aliquid vos habere questio erat, notam esse volumus tam presentibus quam futuris ne de cetero super his oriatur questio rediviva. Abbas Sancti Trinitatis de Monte et conventus vobis concesserunt id quod sui iuris erat in decima de Maisnillo, scilicet decimam singularum trium acrarum pro uno sextario bladi annuatim reddendo medietate frumenti et medietate avene ad mensuram Rothomagi ; ecclesie autem de Meisnillo VI minas frumenti et VI avene ; ecclesie de Greinvilla VI minas frumenti et VI avene ; ecclesie de Gaillardbosco duas minas frumenti ; ecclesie de Roseio XX minas frumenti et decem avene ; ecclesie de Salceio II minas frumenti et II avene ; ecclesie de Coldreio unam minam, hec omnia ad mensuram Rothomagi ; ecclesie de Warcliva VIII minas frumenti et VIII avene ad mensuram Andeleii, ecclesie de Advesnis III minas iuernagii et III avene ad mensuram Gornaii. Hec omnia reddetis singulis annis in festo sancti Andree pro decimationibus terrarum quas in supradictarum ecclesiarum parrochiis possidetis. Quoniam ergo compositio hec inter vos et ecclesias illas facta per manum nostram firmata est, ne de cetero inter vos aliqua oriatur dissensio, eam presenti scripto et sigilli nostri auctoritate roboramus. Huius compositionis et confirmationis testes sunt : Gaufridus Rothomagensis ecclesie decanus, Egidius archidiaconus ; Laurentius archidiaconus, magister Rainaldus, Richerus canonicus, Walterus Constantiensis, Iohannes scriptor, qui hoc notavit. Actum est hoc anno ab incarnatione domni M^oCL^oX^oIX^o.